



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An amenti temporaneo, ac phrænetico dandum sit sacrum Viaticum, §. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

§. 9.

An Amentis temporaneo, ac Phre-
netico dandum sit sacrum
Viaticum.

15 **D**iximus c. 4. §. 1. perpe-
tuò amentibus ; non
esse, dandam : Eucharistiam ;
nunc consequenter dicendum,
necesse dandum sacrum Viati-
cum : semifatuis verò, ut etiam
stolidis, & mutis, & surdis, sic-
uti Eucharistiam in vita esse
concedendam, dummodo absit
periculum irreverentiæ, ibidem
diximus; sic & in morte Viati-
cum esse dandum, nunc conse-
quenter asserimus.

At verò illis, qui prius usu ra-
tionis potiti sunt esse porrigen-
dam Eucharistiam in articulo
mortis, si prius voluntatem ha-
buerint eam recipiendi, docet
cum communi opinione S. Tho-

N 2

mas

a *S. Th. 3. p.*
q. 80. ar 9

b *Colligi-*
sur ex Sua
rio de Euc.
d. 69. sec. 1

c *De Lugo*
de Euc.
d. 13. sec. 3.
n. 25.

d *Apud*
Dian p. 3
11. 3. ref. 8.

mas, *a* idque universaliter, sive paulò, sive multò ante mortis periculum (cum eadem sit ratio) usum rationis amiserint. Addo non solum posse porrigi, sed debere, *b* quando non est periculum irreverentiæ, sicuti iisdem dari etiam solet extrema unctio. Vide quæ dixi ibidem num. 4. circa finem.

16 Petes qualis voluntas requiritur, ut præcedat ante amentiam. Respondeo alii exigunt, ut petierit: alii *c* melius satis esse docent, quòd piam, ac religiosam voluntatem præ se quis tulerit: atque ita, si non constet de peccato mortali commisso, & & non absoluto; præsumendum in bono statu, & communicandum. Nec est par ratio de Confessione: nam, præter quam quod, aliqui concedunt *d* etiam non petenti moribundo, sed tamen, qui Christianè vixerit posita, immo debere dari absolutio-
 nem,

nem,
 dispar
 tentis
 Sacra
 non
 hoc fa
 na Na
 aliena
 petiiff
 men d
 tionis
 tiendo
 re, da
 etiam
 re in
 nec pe
 fuisset
 g salte
 munic
 c. 6. §.

nem, saltem sub conditione; est
 dispar ratio; e quia actus pœni-
 tentis sunt materia necessaria
 Sacramenti pœnitentiæ, quod
 non est in communione: Ad
 hoc facit illa probabilis doctri-
 na Navarri f dicentis infirmo
 alienato à ratione, etiam si non
 petiisset Sacramentum, sed ta-
 men dederit aliqua signa contri-
 tionis, tollendo manus, percu-
 tiendo pectus, dicendo Misere-
 re, dandam esse Eucharistiam,
 etiam si obstinatus multo tempo-
 re in peccato mortali vixisset,
 nec per multos annos confessus
 fuisset: poterit enim absolvi,
 g saltem sub conditione, & com-
 municari, &c. Vide quæ dicam
 c. 6. §. 3.

e Lege De
 Lugo de
 pœn. d. 17.
 sect. 3.

f Navar.
 in Man.
 c. 26 n. 27

g Lege Jo.
 Sanc. in
 sel. d. 44.
 n. 32.